



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De iuramento non mutuandi, nec fideiubendi, nec emendi auctiori pretio,  
nec vendendi minori. §. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

non ludendi, comprehendere velle ludum moderatum; Respondet, ex fine quo motus es ad iurandum, hoc esse defendum. Si enim iuramentum, fecisti intentione virandi pecunie prodigalitatem, & iacturam (vt frequentius fieri solet) vel rixas, iurgias; iuramenta inconfiderata, aliquae mala; claram est ludum moderatum sub tali iuramento non comprehendens. Quia ex ludo moderato & honesto, illa mala non oriuntur; ceterum enim illius honestas, quoties illorum malorum periculum aduerseris, verum si ex intentione iurandi ut iudi delectatione careres, & temporis iacturam vitares ut sic ad grauiora negotia protractanda, & diuinis res contemplandas expeditior exiles, abique dubio moderatus ludus tam in quantitate, quam in tempore; sub huiusmodi iuramento comprehendetur & obligacionem induceret. Quia est Iuramentum de perfectiori actu virtutis pertinente ad presentiam vel religionem. Sic Sanch. locis relativis. At quia huiusmodi finis est natus perfectus, regularius non est praesumendus oppositus nisi clarè constet; & consequenter nec iuramentum non ludendi comprehendere ludum moderatum. Sanchez lib. 1. de fonsalibus d. p. 4. num. 4.

5. Adiuerte sub hoc iuramento non ludendi, ex quounque fine factum sit, non comprehendendi ludum per interpositionem personam, cui pecunias tradis, ut nomine tuo ludat; tametsi ludentem apicias. Quia propriè, & in rigore non ludis. Et cum iuramenti obligatio stricte interpretanda sit; non debet extendi ad hunc ludum medium, & remotum. Neque obstat ex huiusmodi ludo sequi eandem iacturam temporis, pecuniarum, ac si tu ipse luderes. Quia non est attendendum, an finis iuramenti concurredit; sed an sub materia promissa comprehendatur. Sanchez lib. 3. in Decalog. c. 8. n. 7. tametsi Bonacina dicit. disp. 4. q. 1. p. 3. 16. n. 5. contradicit.

6. Ex fine quo motus es ad iurandum colligere debes qui ludus sit; peccatum mortale; si enim ex fine perfice carenti di ludi delectatione & vitandi iacturam temporis iurasti, spectrandum est potius tempus insumpsum quam quantitas, quia magis prædicatur finis iuramenti, si enim vitra duas horas infumeres, tametsi modicam ludens quantitatem, mortaliter peccates est contraria vero subiecti tempore ludo vacates, notabiliter quantitatē exponentes, venialis tantum peccates. Sanchez lib. 3. in Decalog. c. 18. num. 3. Si vero finis sit vitare iacturam pecunie, & prodigalitatem ex quantitate pecuniae exposte, & non ex tempore deflenda est gratias culpe, vt de se constat. Est tamen maxime advertendum, quantitatē, quæ respectu vijus est modica, respectu alterius gravius, & gravissim effe. Equi enim diuiri & nobilissimo modica quantitas censori debet, quod uno vel altero die tria vel quatuor seura aurea ludendo infumat, quæ si operari infumet, gravius quantitatē consumptus confundens est.

Deinde ex supradicto fidei iuramenti colligere debes; an possis ludere nomine alieno? Si enim tibi constat, motum fuisse ad iurandum, ne tempus teretes inutiliter, claram est ludum nomine alieno comprehendens cum ad huiusmodi finem per accidens sit, quod nomine proprio vel alieno ludas; & ex alia parte vere, & propriè ludis. Sanchez lib. 3. sum. cap. 18. n. 6. Idem est si ob vitandas dometicas discordias, & rixas ortas ex eo, quod detenus in ludo, fero domo venias; tuoque numeri non satisficas, iuramentum non ludendi præstabis; nequaquam nomine alterius ludere poteris ob eandem rationem. Quia hunc ludus & sub materia, & sub fine iuramenti est comprehendens. Sanchez. Supr. 4. verum si ob vitandas rei familiaris iacturam, iurasti non ludere, ludus pecuniae alienae non est comprehendens sibi iuramenti fine; in modo neque etiam hic ludus videtur comprehendens; quando sius iuramenti fuit, vitare inconfiderata iuramenta, blasphemias, discordias, rixas, & similia. Quia regulariter hæc mala ex iactura pecunie proprie, & non aliena nascuntur. Sanchez d. 3. lib. 3. in sum. cap. 18. n. 6.

7. Verum si iuramentum non ludendi sub aliqua determinatione præfes, nempe non ludendi cum hac persona determinata, in hac domo, hoc ludi generis; & liber maneat ad ludendum cum aliis, & in aliis dominis aliisve ludi generibus: Spectare debes finem, quo motus es ad iurandum, ut inde obligacionem colligas. Si enim finis honestus fuit. Quia intendis vitare speciale occasionem, que tibi ex illi genere ludi; vel cum illa persona; aut in domo prouenient, amittendi tempus longum, magnam pecuniarum, quantitatem, aut ri- xandi; sicut iuramentum illud obligat, dum talis occasio perferatur. Quia illo euenter non est iuramentum de te indifferenti, & vana, sed honesta, & utili. At si sibi iuramenti malus fuit; eo quod in vindictam & in signum male voluntatis iurasti non ludere cum hac persona, vel in hac domo &c. Nequaquam iuramentum obseruandum est. Quia non debet aliungi, ut somenium iniquitatis. Idem est si iurasti ob finem vanum, & superfluous; eo quod credebas omnia tibi cum tali persona, aut in tali persona, aut in tali domo, aut illo ludi genere infeliciter evenire, & aduersarium esse bene fortunatum. Abstinentia enim à ludo ob illum finem, superfluous est, non ergo potest esse iuramenti materia. Sic Nauarre. c. 12. n. 28.

Ferd. de Castro Summ. Mor. Pars IIII.

fine. Sot. lib. 7. de iniustitia q. 1. art. 3. ver. 1. idem Man. 2. tom. summ. cap. 9. 4. n. 6. Sanch. lib. 3. in Decalog. c. 18. num. 9. Bouacina tom. 2. summ. dispu. 4. punct. 4. num. 2.

## §. II.

De iuramento non mutuandi, nec fideiubendi, nec emendi auctiori pretio, nec vendendi minori.

## S V M M A R I V M.

1. Communis sententia defendit iuramentum non mutuandi & non fideiubendi non obligare.
2. Explicatur supraadicta communis sententia, spectrandum esse finem iuramenti.
3. Deinde spectrandum est forma iuramenti.
4. Deinde spectrandum est persona, qua hoc iuramentum prestat.
5. Iuramentum non emendi auctiori pretio, nec vendendi vi- liori obligatoria non sunt.

1. Communis sententia est, iuramenta non mutuandi nec fideiubendi, irrita esse, nullamque obligationem patere. Sic Abbas in cap. 1. verò de iuris iurando 9. Couarr. de padiis. 1. p. 5. 6. n. 7. Nauarre. c. 12. num. 16. Gutiérrez de iuramento 1. p. cap. 72. & n. 5. sanch. alias referens lib. 4. de voto cap. 9. n. 18. Suar. lib. 2. de iuram c. 17. n. 1. Ratio ea est: Quia mutuare, & fideiubere, opera sunt misericordie & charitatis, & aliquando ex pœnit. Ergo iuramentum de illis non præstantis non potest esse de te licita & honesta.

2. Hæc tamen communis sententia explicatiōne indiget. Debet namque in his iuramentis spectari, tum finis, tum forma iurandi, tum persona quæ iurat. Quia ex illis valor vel nullitas iuramenti coligendus est. Moueri enim potes in his iuramentis ob honorem Dei ob utilitatem propriam, ob alienam. Si mouearis ob utilitatem propriam, ob alienam. Si mouearis ob honorem Dei; claram est, hæc iuramenta absolute facta irrita esse. Siquidem sic facta non cedunt in eius honorē; cum obstant operebus pœnit. consili & pietatis. Si ob communitatem propriam, ne facilius ex mutatione & fideiūsione grauem rei familiaris iacturam patiaris, ut læpe contingit; motus fueris ad iurandum, non mutuare, nec fideiubere; fateor finem esse honestum; sed quia generaliter loquendo maius bonum est, mutuare & fideiubere. Præcipue cum aliqua non levia necessitas proximi virgit; ideo, existimo, neque in hoc casu obligatorium esse iuramentum, non mutuandi, non fideiubendi, vt pote quod prius majori bono. Sic exp̄it Suar. d. lib. 2. cap. 17. num. 12. Si vero iuramentum non mutuandi neque fideiubendi præstisti in gratiam, & utilitate tertij, nempe filiorum creditorum, aut vxoris; distinguendum est, ante illorum acceptationem vel post illam. Ante acceptationem retocare iuramentum pro libito potes. Quia sequitur promissio naturam, quæ vites non habet antequam sit acceptata ab eo, in cuius gratiam facta est. At post acceptationem tenet iuramentum, & seruandum est in omnibus illis causibus, in quibus, mutuatio, & fideiūsione obligatoria non sit. Quia iuramentum in utilitatem tertij factum, & ab eo acceptatum seruandum est, quoties seruare potest absque dispenso salutis æternæ, nisi ille tertius remittat. Sic Suar. dito lib. 2. de iuram. cap. 17. n. 12. Sanchez lib. 4. sum. c. 8. n. 18.

3. Deinde spectare debes formam iuramenti. Nam si iuramentum, non mutuandi non fideiubendi fuit emissum non absolute, sed sub hac conditione, & conditione; nisi examinatione facta, & confilio sumpto videris expedire, iuramentum tenet. Quia hoc iuramentum non prohibet mutuum & fideiūsionem absolute, sed mutuum & fideiūsionem inconfiderat. Quod bonum est. Negari namque non potest, salubre confidit esse, his actionibus mutuandi aut fideiubendi examinatione, & confidatione præmitores; an expeditis sint. Siquidem ob defectum hujus examinationis plures iacturam rei familiaris patiuntur, litibus implicantur, & iniurias contrahunt. Iurare ergo non mutuare, neque fideiubere absque hoc examinatione, bonum est, & honestum. Ergo tale iuramentum obligat. Sic. Sous lib. 7. de iniustitia q. 1. art. 3. dub. 2. circa 5. conclusio. Man. 2. tom. sum. cap. 9. 4. n. 13. Petrus de Ledesma. c. 2. tom. sum. tra. 7. 10. cap. 2. dub. 5. Arag. 2. 1. q. 88. a. 2. dub. 2. circa 5. conclusio. Sanchez lib. 4. in Decal. cap. 8. num. 18.

4. Rufus spectrandum est persona quæ hoc iuramentum non mutuandi, non fideiubendi emitit; an clericus sit; Nam clericis in factis interdicta est fideiūsio pro Laicis, nisi in causa necessitatis. cap. 1. se quidem; 11. q. 1. ibi ne fideiūsor existat, & cap. 1. de fideiūsoribus, ibi, clericus fideiūsionibus interquerens abiciatur, id est abiciatur, ab Ecclesiis vel clero vel fideiūsione. Consentit lex. 45. tit. 6. parita 1. Credo tamen non esse peccatum mortale vna, vel altera vice Pto Laico

## De Obligat. & Firmitate Iuramenti.

30

fideiubere, etiam absque necessitate. Quia Textus in c. 1. de fideiūforibus frequentiam fideiūfionum dicit; non enim fideiūfionibus inferuit, nisi qui passim fideiūbatur. Dixi fideiūfionem pro Layco interdictam esse clericis, nisi necessitas vrgeat. Nam stante necessitate qualis est, si Laycus valde indigit fideiūfione, & non est alius Laycus, qui possit aut veit pro illo fideiūbatur, clerici fideiūbatur. ut docent Doctores statim referendi. Neque enim ab opere regenti's pictatis prohiberi debeant. Quid si clericus pro Layco abique hanc necessitate fideiūbatur, fideiūfio teneret; & obligari fideiūfio principali non solueret. Hac tradunt Gloss. in supradicto cap. Sylvest. verbo fideiūfor. quest. 3. Gregorius Lopez leg. 45. tit. parita 1. Joannes Gutierrez de Iuramento 1.p. 72. per roum Sanch. lib. 4. sum. c. 8. num. 16. Obligatio autem soluendi solum esse potest de bonis patrimonialibus, vel ad summum de redditibus beneficiis; vi notarii Syluest. verbo fideiūfor. q. 3. Gregorius Lopez q. d. leg. 45. tit. 6. parita 1. His potest.

Dicendum est; si clericus Iuramentum præstet nunquam fideiūbendi, inualidum est. Quia pro alio clericio fideiūbetur potest fieri potest Laicus. leg. omnes §. in hac Cod. de Episcopis. Item pro Ecclesia sua fideiūbene potest. Author. de Janitu Episcopis, §. p̄a omnibus collat. 9. Ergo illud Iuramentum impeditum est maiori boni; ac proinde obligare non potest, nisi in illis casibus, in quibus hoc Iuramentum a Laico præstatum diximus obligare. Sic Sylvest. Gregorius Lopez Joannes Gutierrez. Sanch. locis allegatis. Verum si Iuramentum cum limitatione fiat, non fideiūbendi pro Laico, validum est, & firmum. Quia est Iuramentum de re sibi praecipta. Neque opus est casum necessitatis exciperre. Quia iam subintelligitur exceptus. Sic Ioan. Gutierrez. dicta 1.p. de Iuramento cap. 72. n. 5. Gregorius Lopez dicta leg. 45. tit. 6. parita 1. in principio Sanch. lib. 4. summa cap. 8. num. 19.

Ad hac reduti posuit Iuramento, qua frequenter mercatores emituntur de non emendo auctiori pretio, vel non vendendo viliori. Quia certè obligatoria non sunt. Cum neque in Dei honore cedunt; neque in proximi utilitatem. Adsumnum cedunt in utilitatam propriam, cui ipse iurans facile cedere potest. Non igitur ea feruare obligatur. Sanch. lib. 3. summa. t. 9. n. 15. Bonacina tom. 2. disp. 4. de Iuramento q. 1. punct. 4. n. 2.

### S. III.

De Iuramento non accusandi, nec denunciandi delinquentes.

#### S V M M A R I V M .

1. Expenditur textus in c. quemadmodum de iureur.
2. Apponitur distinzione de iuramento ante delictum commissum, vel post: Et sub ea distinzione questioni fit satia.
3. Si communi boni satisfacere potes denunciatione, obligari non accusare.
4. Iuramento quo volenti committere aliquid delictum promitteres pro illo solutum panam, non obligat.
5. Quid de Iuramento accusandi, vel denunciandi aliorum criminis.

1. Innocentius tertius in cap. quemadmodum, §. illud, de iuramento, declarat qualiter hoc Iuramentum obligari possit. Inuuit enim, si Iuramentum factum sit generaliter de non accusanda vxore super vilo crimen, obligatorum non esse. Quia est de re illicita. Et probat Pontifex. Nam si mulier fieret infidelis, aut nollet cohabitare viro abficio contumelia creatoris, obligatus esset vir propter bonum publicum eam acculcere. Non igitur obligare potest Iuramentum in toto illa latitudine sumptum. Et de hac parte nemini est dubium, Deinde subdit Pontifex. Si Iuramentum factum sit de non accusanda vxore de adulterio; tuius videri ve proper insurandi religionem viri accusatae delicta vxorem, ad diuortium celebrandum, quamquam denunciare eam posse, ad penitentiam peragendam: In quibus verbis incitat Pontifex non posse virum accusare vxorem ad effectum diuortiri. Quia cum iuri celebri diuortiri, ipse cedere posse; videtur obligatus superdicto Iuramento à trii accusatione abfrinere.

2. Ceterum, ut textus hic clarus elucet, & questione faciamus satis. Suppono cum Panormitanu in supradicto Textu, num. 7. & 14. Iuramentum de non accusanda vxore de aliquo particulari delicto (& idem est de quolibet alio delinquente) fieri posse ante delictum commissum; vel post commissum delictum, & non emendatum; vel iam emendatum. Si post delictum commissum & emendatum iurasti non accusare vel denunciare, ipsorum delinquens Iuramentum acceptauit, obligatus es feruare Iuramentum. Quia in eo enemus sola satisfactio iniuriae propriarum, cuius per Iuramentum cedis, honestare

accusationem, vel denunciationem poterat. Excipe tamen, nisi precepto superioris virgatis de denunciatione facienda, seu accusationem. Nam Iuramentum præjudicare non potest huic iuri, vt in præfenti notaui. Bonacina tom. 2. disp. 4. quæst. 1. de Iuramento p. 4. num. 3. Si vero Iuramentum ut ante delictum commissum; vel post delictum commissum, sed non emendatum, sed potius persistens: (quæ mico iudicio idem sunt) obligaris solam ad non accusandum vxorem ad effectum diuortiri; vel quemlibet alium delinquentem ad effectum, cui ipse cedere potes. At non obligaris ad non accusandum uxorem, vel quemlibet alium delinquentem ad publicam violacionem, si id communem bonum expostulat expediens Reipublica sit. Aliarum tribueretur delinquentibus occasio, libertus peccandi, scientibus non esse accusandos. Quapropter caue dixi. Pontifex, vir propter iustitiam religionem defensare, accusare vxorem ad diuortium celebrandum, si quasi tacite inuenis, ad vindictam publicare, & communem bonum accusare eam posse, si id viderit expedire. Sic Basilis Legionensis lib. 12. de sponsalibus, cap. 8. num. 29.

3. Aduerto tam nisi hinc communem bono, & vindictam publicam facilius sufficiens posset denunciatione, & Iuramento præstisti de non accusando: nequam accusare poteris. Quia cum sit Iuramentum in favorem tenet, & tenet potest absque interiori salutis arerna, feruandus est. Sic docent Panormitanus & Gloss. ubi verbo crimine, & verbo defensare. Suarez lib. 2. de Iuramento, cap. 18. à num. 15. præcepto n. 22. Lessius lib. 2. de iustitia, cap. 42. dub. 4. n. 19. Et adiicit Iuramentum de non accusando, vel denunciando criminaliter esse metu extortum, probabile esse non valere.

4. Ex his colligeris potes, nullum esse Iuramentum, quo volunti committere aliquod delictum, promittas loco illius solutorum penam. Quia est promissio de re turpi, & ad pecuniam incitante. Colligitur ex lege si reo §. ultimo, ff. de iustitionibus. Idem est, si cum exconomia, & negotiorum gestione in eas partum, vt non renatur de dolo, aut furto, quod in administratione commisceris, nullum est tale pactum, etiam Iuramentum firmatum. Quia præberet occasionem peccandi. Secundus est, si, facto dolo, aut furto, remittas, ut exprefse habetur, leg. §. vnu. §. illud, & §. pactu ff. de pati, leg. pacia, quæ C. de pati, leg. 29. tit. 11. parita 5. Et notaui Basilis Legionensis lib. 12. de matrimonio, cap. 8. n. 28.

5. Ad hac per contrarium sensum reduci possunt Iuramenta ab aliquibus emissa accusandi, vel denunciandi aliorum criminis, que frequentiter sunt animo vindictæ; et proinde non obligant, ut potest de re illicita. Imo si hinc animus de graui vindicta esset; gravis esset peccatum; non solum contra chartianum proximi ob malum, quod illi vis; sed etiam contra religionem; eo quod nomen Dei afflumas ad se firmandum in positivo vindictam. Pueri autem iurantes accusati alios apud Magistros, & parentes, regulariter in hoc Iuramento loquuntur proximi ob malum, quod illi vis; sed etiam contra religionem; eo quod nomen Dei afflumas ad se firmandum in positivo vindictam. Pueri autem iurantes accusati alios apud Magistros, & parentes, regulariter in hoc Iuramento loquuntur proximi ob malum, quod illi vis; sed etiam contra religionem; eo quod nomen Dei afflumas ad se firmandum in positivo vindictam. Quia etio animo vindictæ iurant, non est vindicta gravis. Idem est dicendum de Iuramento emissa a parentibus, heris, domiis castigandi filios, seruos, & famulos, non esse obligatorum. Quia regulariter animo vindictæ emittitur. Sed quia vindicta gravis esse non solet, non excedit culpam veniale. Quod si animo correctionis hoc Iuramento castigandi vel denunciandi emissa sit, & apparat castigatio vel denunciatio correctioni expedita; pro qualitate convenienter, ad hunc finem obincendum, obligabit Iuramentum. Ratio tamen, vel nonquaque obligatio gravis est; imo fere est nulla. Quia ex denunciatione vel castigatione sic promissa, & executioni mandata frequenter maiora incommoda faciuntur, quam utilitates. Adeo si delinquens emendat sit, vel paratum correctioni se ostendit; Iuramentum punitionis, & denunciacionis cessat. Quia videtur factus sub hac tacita conditione, nisi delinquens se corrigeret. Hac tradunt Lessius lib. 2. de iustitia. c. 42. dub. 4. n. 22. circ. a med. Sanch. lib. 3. sum. c. 9. n. 16. & 17.

### S. IV.

De Iuramento à medicis præstito monendi infirmos, vt confiteantur.

#### S V M M A R I V M .

1. Quid in hac re Pontifices statuerint.
2. Qua infirmitate esse debet, vt medici teneantur morientur firmos? Quid sentiat Navarrus?
3. Quid tenendum?
4. Qualiter monito ante omnia fieri debeat?
5. Quomodo obligentur medici non visitare infirmum, nisi de confessione facta conset.
6. Quid de supradicto Iuramento sentendum sit, sicut a consuetudine.
7. Ex prescripto Pij quinti omnes medici, cum eis facultas medendi conceditur, præstare tenentur Iuramen-